

Insula Teneriffa (Orotava!), D. Becker (Mus. Hung.).

Colore structuraque antennarum *O. tenello* Fall. nonnihil similis, corpore opaco, oculis minoribus, vertice latiore, articulo secundo antennarum adhuc longiore etc. distinctus. Caput basi pronoti paullo minus quam duplo angustius et apice pronoti paullo latius, a latere visum altitudine multo brevius, fronte sat convexa, clypeo deorsum vergente (in capite tamen perpendiculariter posito), basi in linea inter bases antennarum ducenda posita, gula haud distinguenda, genis maris humillimis. Oculi sublaeves, maris in genas longe extensi, orbita inferiore in vertice subparallelē. Rostrum apicem coxarum posticarum attingens, apice nigro. Antennae maris ad medium partis inferioris orbitae oculorum interioris insertae, articulo primo capite ab antico viso fere duplo breviore, secundo primo saltem sextuplo longiore et margine basali pronoti circiter  $\frac{1}{3}$  longiore, tertio secundo circiter  $\frac{1}{3}$ , quarto tertio parum magis quam  $\frac{1}{4}$  breviore. Pronotum trapeziforme, latitudine basali magis quam duplo brevius, lateribus rectis. Scutellum pronoto vix longius. Pedes colore corporis, spinulis tibiarum crassitie tibiae aequa longis, tarsis apice articuli ultimi cum ungiviculis fusco.

## 10. *Orthotylus pallidulus* n. sp.

Cum antennis et pedibus pallidissime flavens, opaculus, superne subtiliter pallido-pubescent, pilis nigris destitutus, oculis nigro-fuscis, articulo ultimo antennarum apicem versus fuscescente, extremo apice rostri articulique ultimi tarsorum cum ungiviculis nigro; tibiis tenuiter pallido-spinulosis; vertice ( $\Omega$ ) obtuse marginato; rostro apicem coxarum intermedianarum vix attingente; antennis articulo secundo duobus ultimis simul sumtis distinete paullo breviore, pronoto fortiter transverso; tarsis posticis articulo ultimo duobus primis simul sumtis longitudine aequali. Long.  $\Omega$   $3\frac{1}{5}$  mm.

Austria (in nemore Prater dicto ad Vindobonam d. 24 maji 1899!), D. Horváth (Mus. Hungar.).

Colore *O. tenello* Fall. sat similis, sed statura multo minore, feminae oblongo-ovali, corpore opaculo, vertice obtusius marginato, antennis et pronoto longe aliter constructis, etc.